Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite X



populo depromentem. Ex qua quidem augusta ac veneranda columba instructus ille, sancti hujus Patris cognoverat peregrinationem, eumque esse Ephraem illum Syrum. Peropportune igitur ambo mutua inter se fruebantur consuetudine; ita ut laboriosa illa peregrinatio ipsi Ephraem inutilis non extiterit.

Naturalis porro vitæ innocentia, malorum ipsi ostendebat fugam: nam ex ea discebat & meliora prospicere, & deteriora evitare, atque illas sententias, ac rationes eligere, quæ puræ essent, quæque ad excolendam honestatem conferrent, & docendi usum nequaquam impedirent. Abundanter quippe sancto seni concessum a Christo erat sermonis talentum, quod cum ad mensas cordium plurimis impertiretur, ei tamen cum primis profuit. Fertur autem hæc ipse de se dixisse, sibi, cum primum e tenera illa excederet ætate pueritiæ, arcana ejusmodi contigisse visa. Ipsi etenim juxta linguam admodum fructifera enasci videbatur vitis, quæ quidem ita excrescebat, ut universum terrarum repleret orbem. Cuncta autem cœli volatilia adventabant, & de fructu ejus comedebant. Ipsa autem vitis, quanto plures volucres decerpentes fructus excipiebat, tanto amplius racemis abundabat. Illud præterea, quod ad ipsum pertineret, alius quidam homo perspicax, se conspexisse testatus est: Angelorum scilicet copiam descendentem e cœlo, volumen intus, ac foris conscriptum detinere manibus. Sic vero sanctam illam colloqui visam esse aciem. Quis putas volumen istud in manus accipiet? & hos quidem hunc, alios illum, alios vero alium ex præstantioribus eo tempore hominibus respondisse, deinde autem post omnium subjecisse probationem: Isti quidem Sancti, ac ministri Dei sunt: sed hoc volumen in manus accipere nequeunt. Cumque jam varios ex tunc viventibus nominassent, neque quisquam ex iis placuisset, demum communi omnium consensu in eam pariter convenerunt sententiam, ut dicerent, a nullo alio istud volumen in manus posse sumi, præterquam ab Ephraem Syro. Tuncque cœlestes Angelos idem conspexisse fertur, Ephraem volumen tradere; noctuque surgens ad ecclesiam, visum illud conspiciens perrexisse. Auditoque ipso Ephraem, qui tunc insignem gratiaque plenam habebat orationem, quid visum illud designarit cognovisse, Deumque collaudasse, & tam præclarum dicendi donum viro Sancto datum admiratum fuisse. Tantam enim sapientiæ abundantiam largitus illi Deus fuerat, ut

A μένοντα τῷ λαῷ, ὃς ὑπὸ τῆς διδασκούσης αὐτῷ σεπτῆς μυηθεὶς περιστερᾶς, τῆς τε ἐπιδημίας ᾔσθετο, καὶ Ἐφραὶμ αὐτὸν εἶναι τὸν Σύρον ἐπέγνωκε. καὶ δὴ πνευματικῆς ἐπικαίρου ἄμφω συναυλίας ἠξίωται, οὕτως οὐκ ἐπιζήμιος τῷ Ἐφραὶμ ὁ σκυλμὸς ἐχρημάτισεν.

Ἡ δὲ τοῦ βίου φυσικὴ ἀκεραιότης, τῶν ἐπιβλαβῶν τὴν φυγὴν αὐτῷ παρεδείκνυε· τό, τε τοῦ B κρείττους προορατικόν, καὶ τὸ τοῦ χείρους φυλακτικὸν ἐκδιδάσκουσα, ἐκείνους τε τῶν λογισμῶν προσίεσθαι· τοὺς ἐγκρίτους καὶ καθαροὺς καὶ πρὸς ἄρεσιν λυσιτελεστέρους καλοῦ, ὅσοι μάλιστα πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἐμποδίζουσι χρείαν. δαψιλῶς γὰρ δέδοτο παρὰ Χριστοῦ τῷ θείῳ πρεσβύτῃ τὸ τοῦ λόγου τάλαντον, ὃ καταβάλλειν ἐν ταῖς τῶν πολλῶν τῆς καρδίας τραπέζαις πρὸ πάντων αὐτῷ τῶν C ἄλλων ἐπωφείλετο. καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φαίνεται λέγων· ὅτιπερ ἄρτι τῆς παιδικῆς ἡλικίας τὸ ἁπαλὸν ὑπερβὰς, τεθέαται μυστικῶς πρὸς τῇ γλώσσῃ, ὡς ἀνῆλθεν αὐτοῦ λίαν εὔκαρπος ἄμπελος, αὐξηθεῖσα τοσοῦτον, ὅσον πληρῶσαι τὴν γῆν. πᾶν δὲ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενον ἐξ αὐτῆς ἐμπίμπλασθαι τροφῆς. αὐτὴν δὲ τὴν ἄμπελον ἐν τῷ ἀποκείρεσθαι, καὶ πᾶν πτηνὸν δεξιοῦσθαι, μᾶλλον πλουτεῖν τῶν βοτρύων. τοῦτο D δὲ καὶ ἄλλος περὶ αὐτοῦ τῶν πάνυ διορατικῶν τότε προσεμαρτύρησεν· ἰδέσθαι λέγων ἀγγέλων πληθὺν, κατιοῦσαν ἐξ οὐρανοῦ, τόμον ἐπὶ χεῖρας βαστάζουσαν, ἔξωθέν τε καὶ ἔσωθεν ἐγγεγραμμένον. ἔλεγε δὲ ἡ φανεῖσα θεία ἐκείνη πρὸς ἑαυτὴν παράταξις. τίς ἄρα ὀφείλει τόνδε τὸν τόμον ἐγχειρισθῆναι; ἐξ ὧν ἀποκριθέντες, οἱ μὲν τόνδε προέκριναν, οἱ δὲ τόν, καὶ ἄλλοι ἕτερον, οὓς ὁ χρόνος E ἐκεῖνος εἶχε λογάδας. εἶτα μετὰ τὴν δοκιμὴν πάντας εἰπεῖν· ἀληθῶς ἅγιοι οὗτοι καὶ δοῦλοι Θεοῦ· πλὴν οὐ δύνανται τόνδε τὸν τόμον ἐγχειρισθῆναι. ὡς δὲ πολλοὺς τῶν τότε ἁγίων ἐπιμνησθέντες ἐν αὐτοῖς οὐκ εὐδόκησαν· τέλος, συμφωνήσαντες εἶπον, οὐδεὶς δύναται τοῦτον ἐγχειρισθῆναι τὸν τόμον, εἰ μὴ Ἐφραίμ· καὶ δὴ καὶ τοῦτο θεάσασθαι ὁ βλέπων ἐκεῖνος λέγεται, τοὺς θείους ἀγγέλους F ἐπιδιδόντας τὸν τόμον τῷ Ἐφραίμ· ἀναστάντα ἐν νυχαλίᾳ εἰς ἐκκλησίαν ἀφικέσθαι τὸν μυσταγωγηθέντα τὴν ὅρασιν, ἀκοῦσαι διδάσκοντος τοῦ Ἐφραὶμ ἐν λόγῳ δαψιλεῖ καὶ χάριτι ἠρτυμένῳ. τὴν δὲ ὁραθεῖσαν ὀπτασίαν ἐκεῖνον ἐπικρίνοντα δοξάσαι τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν δοθεῖσαν τῷ ἁγίῳ ἐκπλαγῆναι πλουσίαν τοῦ λόγου δωρεάν. τοσοῦτον γὰρ τὸ θεῖον αὐτῷ τῆς σοφίας κεχάριστο, ὡς ἀεννάους μὲν εἶναι τοὺς

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0054
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg